

De libello in genere.

Quanquam in hoc scripto citantur multae sententiae scripturae et sanctorum patrum, quorum, dum uel recte citantur, uel pro-[197:]prie applicantur, autoritas sacrosancta est,⁶ tamen hic in conspectu Dei censemus, quod hoc scriptum, cuius titulus est „Interim“, sit potius omnino relinquendum quam totum 5 acceptandum seu amplectendum. Primum enim sententiis quibusdam ex uerbo Dei collectis impias et humanas opiniones connectit ac commiscet et testimonia, quae citat tam ex scriptura sacra quam patribus, maiori ex parte deprauata sunt et ad humanas opiniones detorta. Deinde non solum est hic libellus tam perplexus, tam obscurus tamque intricatus, ut interdum, quid 10 uelit, non facile cuius innotescat, sed etiam tam inconstans tamque inconsiderate compilatus est, ut in multis locis sibi ipsi repugnet. Id quod ἀντιλογίαι, quae passim inueniuntur, satis ostendunt. Ad haec quanquam in angelum lucis transformatus⁷ egregie potest dolos, quos concinnat, colorare, tamen manifestos errores et abusus in ecclesias, quae sincerum Dei uerbum habent, 15 reuocare molitur. Postremo locum iustificationis omnino sic tractat, ut ab analogia fidei prorsus sit alienus, cum fidem intelligat, non fiduciam in mediatorem Christum,⁸ sed tantum historiae notitiam et assensum, daemonibus [198:] impiisque hominibus communem cumque fingat nouam quandam iustitiam ex charitate et operibus conflata, quam inhaerentem uocat,⁹ contra 20 iustitiam Christi in euangelio patefactam, uniuersam euangelicae gratiae doctrinam euertit et eneruat ac Christi gloriam obscurat.

De tribus primis articulis in duobus primis foliis usque ad locum iustificationis.¹⁰

Quanquam liber ea, quae de conditione ac statu hominis ante et post lapsum deque eiusdem redemptione per Christum praemittit, nec tam clare, nec tam 25 proprie, nec tam pure uti in scriptura sacra traduntur, utque ea in ecclesiis

⁶ Zur Hochschätzung der altkirchlichen Tradition bei den Wittenberger Reformatoren, vor allem bei Melancthon, vgl. Wriedt, Schrift und Tradition, bes. 160–163.

⁷ Vgl. II Kor 11,14.

⁸ Nach reformatorischem Verständnis ist die „fides historica“, also das bloße Wissen um die Glaubensgegenstände, ein toter Glaube. Der lebendige, allein rechtfertigende Glaube hingegen ist qualifiziert als „fiducia“, Vertrauen auf die Zusage Gottes, die den Menschen als Person von seinen Werken scheidet, indem er ihm eine neue Identität in Christus zusagt. Vgl. Eberhard Jüngel, Art. Glaube, in: RGG⁴ 3 (2000), 962–965.

⁹ Gegen die scholastische Vorstellung, die rechtfertigende Gerechtigkeit, die „gratia gratum faciens“ sei ein Habitus in der menschlichen Seele, der menschliche Verdienste ermögliche, war die Gerechtigkeit Gottes für die Reformatoren stets „extra nos“ in Christus als fremde Gerechtigkeit zu finden und dem Menschen allein durch den Glauben zugänglich. Der Mensch ist also nach reformatorischem Verständnis niemals in sich selbst gerecht, sondern vielmehr Sünder, und ist exklusiv in Christus und außerhalb seiner selbst als Gerechter anzusprechen. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 2. und 3., in: RGG⁴ 7 (2004), 104–107.

¹⁰ Vgl. Augsburger Interim I–III, 37–43.